 orandi causa cum ad templa frequenter sit conueniē- dum. 3. to. 399. b. tum in omni alio loco pia preces fundendae. 3. 41. b
 orandum fixis in terram genibus. 3. to. 277. a. Domi- nicis diebus exceptis.
 orientem versus quare orandum. to. 1. 66. a. 107. a
 orandum cum quibus non sit fidelibus. to. 1. 120. b
 oratio Dominica quotidie dicenda. 2. to. 729. b
 oratio dominica ter in die dicenda: dicturi, quales es- se debeant. to. 1. 101. b
 post matutinas & vesperas oratio Dominica a sacer- dote proferenda. 2. to. 375. b
 orationum praelarae & diuinae formulae. to. 1. 101. b. 103. a. 104. & seq.
 oratio matutina. to. 1. 107. b. vespertina. to. 1. 108. a
 prandij tempore. to. 1. 108. b
 oratio pro catechumenis, energumenis, illuminandis, penitentibus fidelibus. to. 1. 111. 112.
 orationes ecclesiae. 1. to. 594. a
 orationes & supplicationes Ecclesiae solennes. tom. 1. 112. b. 116. a
 oratio post communionem. to. 1. 117. a
 orarium. 2. to. 733. b
 orarium gesserit Diaconus. 2. to. 748. b
 oratoria nisi perfecte dotaturus nemo exstruat. 3. to. 195. a
 in oratoria peregrini clerici, nisi approbante episcopo loci, seruituri non admittantur. 2. to. 638. b

orbis terrarum descriptionem fieri Zacharias Papa eu- rat. 3. to. 129. a
 ordinis sacramentum discutitur. to. 4. 965. b. 728. a
 ordo Sacramentum, eius materia, forma, minister, ef- fectus. 4. to. 496. a
 ordinis sacramento contraria dogmata damnantur. to. 4. 966. a. b
 ordinum sacrorum diuersi & distincti gradus, nomi- na, ministeria quae nemo confundat, nemo non le- gitime vocatus inuadat. to. 1. 123.
 ordines maiores & minores. to. 4. 965. b. 966. a
 ordines minores quibus conferendi. to. 4. 968. a. b
 ordinum minorum propriae functiones reuocandae. to. 4. 969. b. 970. a
 ordinis cuiusq; institutio & in ecclesia officium. 3. to. 297. & seq.
 ordinum singulorum conferendorum ratio atq; for- ma. 1. to. 513.
 ordinatio manuum impositione quod perficiatur, vnde profectum sit. 3. to. 300. b
 qui ordinantur, quid in quouis ordine tanq̄ sym- bolum det episcopus. 2. to. 732. b
 ordinationes vbi, quando, & quomodo faciendae. to. 4. 968. a. b
 ordinationes Episcoporum & omnium clericorum. to. 1. 161. a
 ordinationes presbyterorum suo tempore solenniter multis adstantibus celebrandae. to. 1. 198. a
 in ordinatione presbyterorum Diaconorum, Diacon- issae, Hypodiaconi, lectorum, ab Apostolis prescri- ptae precum formulae. to. 1. 117. & seq.
 ordinationis sacramento non auferuntur crimina. 1. to. 339.
 ordines nemo praeter episcopum conferre potest. tom. 1. 72. b. 74. b
 ordinatio, episcopi munus est: itaque quos presbyter benedixerat, ordine mouentur. 2. to. 719.
 ordinare alterius dioecesis & alienum clericum non au- deat episcopus. 1. to. 379. a. 419. 529. a. 718. a. 2. tom. 359. 651. a. sine sui episcopi consensu. 2. to. 359. a
 ordines non conferunt chorepiscopi. to. 1. 296. b
 ordinationes quas episcopi vagi faciunt, irritae sint. 3. tom. 283. a
 ordinare episcopatu depositus, nec Canonice restitu- tus, non debet. 3. to. 469. a
 ordinatorum ab episcopo deposito causa discutitur. 3. to. 471. secundum Canones irrita pronunciatu- eorum ordinatio. 473. b
 ordinatio a danato episcopo facta obtinet, nec est in- efficax. 2. tom. 326. a. b
 ordinandi potestas auferatur ei, qui illicite ordinat. 2. to. 286. a
 ordinati a Photio ex neophyto episcopo, laici esse ce- sentur. 3. tom. 542. a
 ordinati ab haereticis ad Ecclesiam redeuntes, vt laici communicent. to. 1. 259. a. talesq; censendi non sunt. 1. to. 538. b. sed nec ordinandi sunt in Ecclesia, ab haeresi reuertentes. 539. a
 ordinent episcopi ieiuni. 3. to. 378. b
 ordinatio quando & quod a ieiuniis sit celebranda. 1. to. 789. a. 3. to. 378. b
 ordinandus nemo ab solute, sed ad aliquem certum la- cum. 2. to. 199. b. 3. to. 463. b

ordini-

ordinibus sacris non debent initiari, qui beneficio ca- rent ecclesiastico. to. 4. 958. b
 ordinatum sine titulo episcopus alar, quousq; ei stipen- dia procurarit, nili se ipse ex bonis suis sustentare possit. 3. to. 627. b
 ordinatus ad quem quis locum est, ibi permaneat. to. 1. 368. b. 369. b. 2. to. 199. b
 ordinandus nemo inuitus. 2. to. 286. a
 ordinationum tempora legitima. 1. to. 802. 2. to. 295. a. 3. to. 15. b. 37. a
 ordines requisiti tenentur omnes infra annum susci- pere, qui officijs, beneficijs & dignitatibus sunt an- nexi, eosq; per seipsum exercere. to. 4. 964. a
 ordines ordine gradatim, & per temporum interualla, non per saltum tribuantur. 1. to. 417. b. 532. b. 560. a. 2. to. 328. b. 694. b. 749. a. & quae illa sint itata tempo- rum interualla. 1. to. 495. 560. a
 ordinatus per saltum deponitur. 3. to. 474. b
 ordinatio cuiusdam praepropera, praeteritis aetate ma- ioribus neq; indignis, reprehensa. 1. to. 732. b
 ordine sacro inferior superiorem non accuset. to. 1. 355. b. 359. a
 ordinandus qui est, annum vnum in clero certo vel ci- uitate commoretur, eius vt vita eruditioq; proben- tur. 3. to. 462. b
 ordinandi diligenter discussi, multorum testimonijs co- mendentur. 2. to. 750. b
 ordinari dignus est qui inuitatus renuit, qui vero am- bit, & se importune ingerit, indignus. 2. to. 693. b
 ordinandorum examen quale esse debeat. 3. to. 570. b
 ordinandorum aetas, eruditio, morum grauitas, & inte- ctio diligenter respicienda. to. 4. 754. b. 755. a. aetas le- gitima. 1. to. 712. a. 726. a. 2. to. 386. b. 1043. a. diacon- xxv. anno, episcopus & presbyter xxx. ordinandi. 1. to. 504. a. 2. to. 605. b. 731. b.
 ordinari non debet qui non est utilis aut necessarius ec- clesiae. to. 4. 969. b
 ordinandi, indocti non sint. 2. to. 281. a. 284. a. 604. a
 ordinandi, psalterium sciant, cantica hymnosq; vsi- tatos. 2. to. 862. a
 ordinandis episcopis vel clericis conciliorum decreta proponantur. 1. to. 504. a
 ordinandus, scripto profiteatur secundum canones se esse victurum. 2. to. 886. a
 ab ordinatis iuramentum, quod digni sint, quod con- tra canones non sint facturi &c. non exigatur. 3. to. 280. a
 ordinati, literas a suis ordinatoribus accipiunt. 3. tom. 471. a
 ordinari qui non debeant. 1. to. 253. b. 505. a. 529. b. 532. a. 541. a. 726. a. 728. a. 2. to. 294. a. 605. b. 755. a. 3. to. 34. b
 ordinandi serui non sunt. 2. tom. 756. b. 3. to. 563. a. 730. b. nondum manumissi, ac nisi de manumissione per tabulas doceant. 2. to. 608. a. 651. a
 ordinandi liberi non sunt, nec ecclesiae quidē nisi ma- numissi. 2. to. 736. a
 ordinans seruum alienum scienter, domino duplex ei- precium exoluat. 3. to. 526. a
 ordinari, qui seipsum castrauit, non debet. 2. tom. 755. a. nec membrorum damna passus. 2. to. 281. a. 284. a
 ordinasse eunuchos, mutilatosq; Constantinopolita- na ecclesia reprehenditur. 3. to. 386. a
 ordinari claudi aut mutilati qui non possint. 3. to. 564. a

ordinatio maculam in oculo habentis, & canonici si- lij rata habetur. 3. tom. 703. a
 ordinari ex medicorum incisione claudus potest. 2. to. 357. b
 ordinari non potest carnis mortaliq; peccato conta- minatus. 2. to. 833. b
 ordinandi non sunt penitentes. 1. tom. 515. a. 2. tom. 281. a. 284. a. 321. b
 ordinari in aegritudine seu morbo baptizatus non de- bet. 1. to. 317. b. 3. to. 366. a
 ordinandi non sunt, extra Catholicam Ecclesiam ba- ptizati, neq; rebaptizati. 2. to. 289. a
 ordinandi non sunt neophyti. to. 1. 453. b. 2. to. 755. a. & repente ex laicis. 3. to. 600. a
 ordinandus non est digamus, & nisi qui virginem du- xit. 2. to. 281. a. 284. a. aut viduae seu reuptae maritus. 2. to. 321. a. 719. a
 ordinandi digami non sunt, quales etiam censentur qui alteram concubinam, alteram vxorem habue- runt. 3. to. 333. a. & cuius vxor digama. ibid.
 ordinari cuius vxor adulterata est, non debet. to. 1. 316. b
 ordinari quidem coniugijs impliciti possunt, Sed ne- cubile vxoris ordinati inuadant. ab earumq; viu contineant. 1. to. 145. b. 2. to. 716. a. 794. b
 ordinatis continentia praecipua. 2. to. 651. a
 ordinandi coniugati, castitatem profiteantur: quam postea violantes, deponantur. 1. to. 718. b
 ordinandus coniugatus non est, nisi vxore continen- tiam profitente. 3. to. 639. a. 640. a
 cum ordinatis extraneae mulieres non habitent. 2. to. 695. a. amara forte quibusdam lex, vsu tamen dulcis futura. ibid.
 ordines qui accipit, deponere & ad pristina coniugia redire nequit. 2. to. 861. b
 ordinatos matrimonio iungi Graecus canon vetat, p- mittit ante ordinationem. 2. to. 1041. b
 de ordinationibus nihil accipiat episcopus, minister, notarius, 2. to. 689. a. nisi quod ordinatus sponte lar- gitur. ibid.
 pro presentatione ad quemuis ordinem, vltra sex gros- sos non exigant Leodiens. 4. to. 502. a
 ab ordinandis nihil exigendum. to. 4. 756. a
 ordines gratis conferantur, non pecunia aut precio turpi questu. 1. tom. 705. 2. to. 172. a. 197. b. 328. b. 364. b. 603. a. 635. b. 648. a. 3. tom. 195. a. 264. a. 570. a. non per fauorem aut humanam ob grati- am. 2. tom. 871. a. 323. b. nemo honorem hunc precio emat seu acquirat. 3. tom. 44. b. 292. b. 2. tom. 886. a. idq; iureiurando profiteatur episcopus or- dinandus. ibid.
 ordines sacros indignus qui precio accipit, confertq; vtrunq; Simonis damnatio inuoluit. 2. to. 296. b. 364. b. Simoniaca haec haeresis est. 694. a. ordinatio- nes eas quae sequantur incommoda. ibi. 696. a
 ordines pecunia conferens accipiensq; anathema. 2. to. 750. b
 ordines precio conferens & accipiens, vterque gradus sui periculum sustinebit. 2. to. 890. b. 3. to. 46. b. vterq; comunione bonisq; multandi. 2. to. 742. b
 ordinati qui deponendi. 1. to. 492. a
 ordinationes pecunia faciens, deponitur. 3. tom. 499. a
 ordinatusque. 2. to. 1044. a
 ordinatum se largitione glorians, alijsq; quod secus pro-



promoti sint, exprobrans, omnium grauissime peccat. 3. tom. 392. b

ordinationes illicitæ & contra canones factæ. 1. tom. 596. a. 799. a. 800. a

ordinati contra canones, ordinati non censentur, sed deponuntur. 1. tom. 343. b

ordinati illicite, à ministerijs, remoti. 2. to. 286. b

ordinari non potest, carnis peccato contaminatus: deponi ergo qui iam ordinatus delinquit & ad penitentiam redigi æquissimum. 2. to. 853. b

ordinandus non est, post baptismum mortali peccato corruptus episcopus, neq; presbyter. post ordinationem mortaliter peccans, deponitur. 3. to. 301. a

ordinati qui peccatis criminalibus se implicatos, quod ante celauerant, confitentur, penitentia mancipandi. 3. to. 37. a. viduarum mariti irritum est si ordinentur. 2. to. 719. a. penitens ordinatus, ordine mouendus. 1. to. 516. a

ordine mouere & honore exuere sacerdotem sine synodali examine solus episcopus nõ debet. 2. to. 719. a

ordine motum, ad altiorem gradum venire lex non limit: sed nec restituere, nisi qui mouit vel synodus possunt. 2. to. 272. b

ordine suo motus cum restituendus erit, eadẽ de manu episcopi quæ cum primum ordinaretur, recipiatur. 2. to. 732. a

organorum vfus. tom. 4. 740. b

originale peccatum. tom. 4. 906. b

originali peccato omnis anima etiam paruulorum obnoxia. 2. to. 693. b

originalia peccata quomodo expiari oportuerit. 1. to. 792. a. b

originale ob peccatum damnatiõni omnes obnoxii, eadẽ nisi verbũ caro fieret, non potuimus. 1. to. 745. b

origenis errores damnati. 1. to. 4. b. 2. to. 976. a

origenis damnatio. 2. to. 631. b

origenes post mortem anathematizatus. 2. to. 541. b

pro Origene Apologiam scripsit Eusebius Pamphili, confutauit hanc Antipater Bostorum episcopus. 3. to. 332. b

orphanos vt, qui liberos non habent, suscipere velint admonentur, officij tam pij mercedem à Deo reportari. 1. to. 75. a

orphanos non destituit orphanorum pater Deus, aua- re ab alijs relicto. 1. to. 75. a

Osculum pacis quo loco in Missa mysterijs sit dandũ. 1. to. 526. a. eisdem quando nomina eorum quorum commendamus oblationes, sint recitanda. ibidem b

biduo ante pascha non celebrantur. 716.

osculo salutabant vereres Christiani. 1. to. 67. a

osius Cordubensis. 1. to. 410. a. 421. a

osius Syrmienis synodo inuitus adess. 1. to. 429. a

ostiarij. 1. to. 66. a

ostiarij & quod eorum officium. 3. to. 297. a

Paçta firmitatem obtineant. 1. to. 379. b

paçta inter alios facta, alijs non obsunt. 3. to. 712. b

nisi auctoritate sedis Apostolicæ firmata. ibidem.

paganorum varix obseruationes Christianis vetite. 3. tom. 40. b

palladius & Secundianus Arriani, Aquileiensis concilio damnati. 1. to. 472. 479. b

pallium ceteræ patriarchales sedes à Romana accipiunt, tum suis ipsi tribuant. 3. tom. 738. b

IN QUATVOR TOMOS CONCILIORVM, INDEX.

pallium Archiepiscopi ornamentum quo in consecrationibus episcoporum & missa vtatur, Bonifacio mittitur. 3. to. 117. b

pallium Siagrii quo ad Missarum solènia vtetur, ob res fidei bene in Anglia administratas Gregorius I. mittit. 2. to. 696. b. & Leandro. 2. to. 697. b. 699. a

pallium & confirmationem à Romana sede Hincmatius Rhemenis accipit. 3. to. 473. b

pallij pro datione nihil accipiendum. 2. to. 689. a. 4. to. 60. b. etiam ministris & notarijs. 2. to. 689. a

pallij pro vsu nihil exsoluant archiepiscopi ex Leonis II. constitutione. 2. to. 896. a

pallio nisi stans locis & temporibus vtendũ. 3. to. 538. b

pallio vtendum in cœna Domini. 3. to. 516. a

papa vnicus idemque summus ecclesiæ pastor, Christi que vicarius. 3. to. 879. b

papa concilij caput. 4. to. 43. a

papa concilij non ipse per se, sed per legatos adesse solet. 2. to. 22. a. 106. b

papa eligẽdo pro eo tatum vice Constantien PP. Cardinalibus adijciunt alios ex quaq; natione. 3. tom. 906. electorum iuramentum. 907.

papa electio, deposito Eugenio, quemadmodum celebranda, ordinant Basileenses. 4. to. 108.

papa metu electo, ad nouam electionem non procedendam, sed concilio de electione iudicium pmittendum. 3. to. 903.

papa electi fidei professio. 3. to. 904.

papatu se abdicat Gregorius xij. 3. to. 753. b. vide Rom. Pontifex.

papiensis episcopus pallio & ferendæ crucis dignitate priuatus. 3. to. 610. a

parentum officia. 1. to. 177. a

parentes filios nec hi illos destituant. 1. to. 373. b

parètes quibus filias suas elocare nõ possint. 1. to. 365. a

parentes hæreticis filios matrimonio ne iungant. 1. to. 454. a

parisiensis academia instituitur. 3. tom. 269.

parisense Concilium 1. 2. to. 648. aliud 3. to. 358.

parochijs episcopi ministros constituant minime auros. 3. to. 413. b.

parochi officium. 1. to. 4770. b. & deinceps.

parochia in quauis sit qui ad populum concionetur. 3. tom. 272. b

parochijs presbyteri verbi dei pabulũ distribuãt, & infirmos frequenter inuisant. 3. to. 761. b

parochi, quid in cuiuslibet sacramenti exhibitioe peragatur, populũ diligẽter doceant. 1. to. 4776. per totũ.

parochia in sua quisq; missas audiat. 3. to. 569. a

parochia redditu auferre vel minuere sine episcopi auctoritate nõ licet canonicis vel mōachis. 3. to. 662. b

parochia noua erigenda, & collapsæ restituenda. 1. to. 956. a. b. quã transferenda. ibid. Quã vacabunt, quõ puidendum. 980. b. 981. a. b. si tenues fuerint. 956. b

parochijs egenis subueniendum. 1. to. 4975. a

parochiales ecclesiæ certos fines habeant. 1. to. 979. b

parochias quas quiete per triginta annos possedit episcopus, possideat. 2. to. 1044. b

parochiam suam nec episcopus, nec quiuis clericus deserat. 1. to. 22. b

pauuuli originali peccato obnoxii. 1. tom. 585. a. itaque baptizantur. ibidem.

paruuli peccato originali obnoxii, baptismum in fide pro-

IN QUATVOR TOMOS CONCILIORVM, INDEX.

proximorũ & sponione fidelium accipiunt. 3. to. 4. a

paruulos & Adæ & ceterorũ peccatis obligari probabiliter dicitur. 1. to. 796. b

paruulos vt peccati expertes, baptismum non habere opus, Pelagianum dogma. 1. to. 542. b. 545. a. cõsultatur. 546. b

paruulos sine baptismum hinc exeuntes saluari nihilominus, Pelag. dogma. 1. to. 796. b

paruuli quem baptismum nolentes & nescientes sunt adepti, reijcere adultis non licebit. 2. to. 862. a

paruuli non obligantur ad communionem sacramentalem. 1. to. 4957. b. 958. a

pascha festum quando celebrandum. 1. to. 354. a. 401. a & quomodo. 85. a

pascha cum Iudæis non celebrandum. 1. to. 21. b

pascha dies oriẽtales Iudaico more peragunt. 1. to. 333. b

pascha vt bis Iudæi vno anno celebrent contingit. 1. to. 352. a

pascha die Dñica celebrandum. 1. to. 185. a. 192. b. 194.

pascha dominica die celebrandum multis concilijs definitur. Asianas Ecclesias aliter de eo statuentis excommunicat Victor, ob quod factum ab Ireneo arguitur. 1. to. 194. 195.

pascha quando celebrandum, in Niceno concilio definitum. 1. to. 1. to. b. & controuersia omnis per Nicenos PP. composita & sublata. 1. to. 338. a. 351. & seq. vno ab omnibus tempore obseruandum. 1. to. 368. b

515. a. 2. tom. 638. b. quod tempus ex primatu est cognoscendum. 1. to. 503. definiendum autem in anniuersario concilio & publicãdum. 506. b. 575. a. 578. b

pascha in obseruatione ne qualis varietas, metropolitani curent. 2. to. 728. b. qui diem episcopis significant. & hi die natalis Domini populo. 2. to. 751. a

pascha quando seruandum, performatas significetur. 1. to. 520. a. epiphaniæ festo publicetur. 2. to. 638. b

Leo episcopus Gallis & Hispanis per literas significat. 1. to. 812. a

pascha dies dominica post decimam quartam lunam primi mensis seruanda. 2. to. 891.

paschalis festi supputatio. 1. to. 776. a. error in eius obseruatione est Zolimi ætate admissus, miraculoque detectus. ibid. b.

paschalis obseruationis supputatio Alexandrino episcopo cur commissã. 1. to. 776. b

pascha in ciuitate & apud episcopum suum quisque seruet. 2. to. 638. b

pascha obseruandi ratio, quæ in Clementis libris ponitur, notha ac noua est. 1. to. 128. b

pascha dies. 1. to. 82. b

pascha tota hebdomada feriandum. 3. to. 467. b

& sex illis festissimis diebus hymnis paschalibus indulgendum, ab opere seruilis feriandũ. 2. to. 683. a

pascha nocte excubiæ agenda. 2. to. 683. a

pascha vigilia ante secundam horam noctis non soluenda. 2. to. 716. a

cerei in pascha vigilijs benedictio. 2. to. 729. b

pascha baptismus tribuendus. 1. to. 192. b. ante pascha sexta feria pallio Christi pdicetur populo, isq; criminum indulgentia clara voce postulet. 2. to. 729. a

abstinentia is dies obseruandus, neque ieiunium soluendum. b. biduo ante pascha sacramenta nõ celebrantur. 1. to. 526. b. ante Pascha obseruatio priscis vsurpata. 3. to. 36. a. ante pascha solennitate quadra-

gesima, non quinquagesima, teneatur. 2. to. 374. a

paschalis II. 3. to. 605.

pastophoria quæ fuerint. 1. to. 125. b

pastoralis Gregorij liber. 3. to. 285. b

pastores plebi presbyteri clerusve deligat, tum populi sequatur ad sensus. 3. to. 481. b

pastores animarum quales eligi debeãt. 3. to. 308. b. 311.

pastoris munus animarum scilicet regimen, ars artium est, ad quod imperiti temere & arroganter adspirãt. 3. to. 310. 311. b

pastor pro Dei ouibus vigilet, diligentemq; curam gerat exemplo Iacob oues Laban curantis. 3. to. 73. a

pastor errantes oues negligens, etiam fortes in fide occidit. 3. to. 307. b

pastorum vita sit, quàm ipsius gregis, splendidior & purior. 3. to. 264. a

pastorem grex sequi debet, non contra. 2. to. 318. a

pastor male viuens, oues (quãtum in se est) necat. 3. to. 306. b. ad pastores parauẽtis, & in eos qui officio defunt, inuectiua. 3. to. 304. b. 305. 319.

pastoris indigni defectus, cum corporis defectibus eleganter collati. 3. to. 316. b. 317.

pastoris iniuste obligãtis sententia gregi timẽda. 3. to. 323. a

pastores pniciosos fugiat ouis, bonos sequatur. 1. to. 53. b

pastorem nisi à fide aberrantem oues non reprehendant. 1. to. 214. b. 225. a

pastor ab ouibus reprehensus, ratioe eas humilliter placare ac mansuetudine exemplo Petri debet. 2. to. 701.

pastores & prælati sint mansueti. 1. to. 4. 937. a. b

pastores plebs sustentare & honorare debet. 3. to. 305.

patientia quàm vindicta pstantior. 1. to. 98. a. ad patientiam exhortatio. 1. to. 156. b. 2. to. 432. a

patres & doctores prisci magnũ nostræ fidei fundamentum sunt. 4. to. 424. a

patrum eruditio & scientia per incrementa temporum creuit. 3. to. 224. a

patrum testimonijs concilia fidei quæstiones terminãrunt. 4. to. 475. b

patrum testimonijs cõsulant monothelita. 2. to. 823.

patres indices de spiritus sancti pcessioe adsciscuntur. 4. to. 418. b

patrum quanta apud nos debeat esse auctoritas. 2. to. 845. 850. b. illorũ nobis doctrina scẽda. 2. to. 852. a

illi sequendũ. 1. to. 645. b

in scripturæ interpretatioe. 2. to. 1044. a. in fidei cõfessione & dogmatis. 2. to. 528. b. 560. b. à patrum seu maiorum pscripitis recedere, impium. 1. to. 472. b

à patribus recte statuta, nequaquam sunt immutanda. 4. to. 351. b

patrum auctoritas asseritur, & qui eos ac S. cõcilia nõ suscipit, anathematizatur. 2. to. 820. b. 833.

patres consona sibi & conuenientia scribunt. 3. to. 64. a

patres & S. Doctores contraria scripsisse qui affirmãt, crucis illi hostes sunt. 4. to. 475. b

patrum statuta qui contempnunt, merito excommunicantur. 2. to. 643. a

patrum per scripta destruitur, qui eos destruere nititur. 2. to. 793. b

patres crepant hæretici, sed cum ad rem ventũ est, pro se adducere nequeunt. 2. to. 820. b

patrum scripca deprauata per se citant adhibentq; hæretici. 2. to. 593. a

patrū recte fidei q̄ consentiunt, ea sola scripta sunt ap-
probanda. 2. to. 593. b
patriarcha seu primates qui, & per quas ciuitates infli-
tuendi. to. 1. 140. b. 167. b. 165. a
patriarchis metropolitanis, his episcopi subsint. to. 1. 42. b
patriarcha qui sint. 3. to. 536. b. quā potestate habeant
in subiectos Metropolitanos. ibid.
patriarchales sedes quæ. to. 1. 392. b
patriarcharū seu primatum tres primariæ sedes. tom. 1.
165. b. 3. to. 505. quarū priuilegijs pmanentibus, ho-
nor quidam singularis Constant. antistiti decretus.
3. to. 587. b
patriarchalium sedium series & ordo. 2. to. 1046. a
patriarchales sedes pallium à Romana accipiant, post
alijs idem largiantur. 3. to. 738. b
patrinus. to. 1. 184. b
patrinus vnus tantum baptismo adhibeatur. to. 4. 973. b
patroni & collatores beneficiorū munere suo. ritē sun-
gantur. to. 4. 872. a
patronus presbyterum, cui suam est commendaturus
ecclesiam, episcopo presentet prius. 3. to. 573. b
patroni presbyteros nec constituant, neq; remoueant
sine episcopi consensu. 3. to. 564. a
patroni competentem portionem dimittat presbyte-
ris. 3. to. 745.
patroni sic ad ecclesias presentantes, vt sibi ex pacto
partem obuentionum reseruent, sim oniaci. 3. to. 759
patroni coheredes si dissenserint, ablati reliquijs clau-
dat ecclesia episcopus, quousq; vnanimis vnum ele-
gerint presbyterum. 3. to. 564. a
inter patronos si, quibus ius cōpetat, infra tres mē-
ses non cōueniat, de Ecclesia episcop⁹ ordinet. 3. to.
631. a
patronis litigantibus episcopus neutri nominato à pa-
tronis, nisi in quem vterq; consenserit, ecclesiā con-
ferat, ne aliquod triumphati hinc generetur iudi-
cium. 3. to. 760. b
patronatus obtēu ab ecclesijs canonice acquisitis cle-
rici non sunt amouendi. 3. to. 726. a
de patronatus iure pōtisticum rescripta. 3. to. 710. & eo-
rum index. 622. a. 667. quorū index. 616. a
paulinus Aquilegic⁹ episcopus contra Elipandū scri-
psit. 3. to. 132. b
paulus Samosatenus Christum purum hominem as-
seruit. 2. to. 609. author idem Nestoriani dogmatis.
pauli tertij paterna pro ecclesia sollicitudo, summūq;
studium vt conciliū congregaretur. to. 4. 892. a. b
pauperum cura ppria ad ep̄m p̄inet. to. 1. 58. b. 59. b
pauperibus munera fidelium episcopus dispenset, ex-
presso tū donantis nomine, vt p̄ eo orent. to. 1. 70. b
p̄ orationē ipsi gratiā largiētibus referre satagāt. 75.
pauperum escā surripiūt, qui cum vnde viuant, vel ha-
bent, vel labore suo acquirere possunt, oblationib⁹
fidelium non tamen cessant sustentari. to. 1. 75. a. b
pauperes ne vagentur, quæq; ciuitas, & tam ciues quā
presbyteri suos pauperes pascant. 2. to. 742. b
pauperes suæ familiæ & ad se pertinentes quisq; sustē-
tet. 3. to. 277. a
pauperū res non priuatim, sed publico in placito emē-
da, & cur. 3. to. 286. b. 426. a
pauperum à potentioribus oppressorū causas, recte
facient principes, si clementer inuestigari iubeant.
3. to. 277. b

pauperes à diuitib⁹ oppressos vindicat Deus. 3. to. 385. b
paupertas in sacerdote laudabilis & gloriosa. 1. to. 472. b
474. a
pax præcipuum Dei donum. 2. to. 265. a
pace possidetur regnum Christi. to. 4. 673. a
peccata infantium cuiusmodi, quæ in baptismo remit-
tuntur. 1. to. 240. b
peccatum originale ex Adam trahunt paruuli, à quo p
baptismum mundantur. 1. to. 555. a. 585. a. 722. b
peccare non à natura, sed à libero nascit arbitrio. 1. to.
772.
peccati si Deus author est, iniustus est qui puniat pec-
catorem. 2. tom. 939. b
peccatum suggestiōe, delectatiōe, consensu, tribus his
impletur. 2. to. 709. b
peccato mortali amittitur iustificatiōis gratia, non fi-
des. to. 4. 912. b. 914. b
peccati expers nemo, quanuis sanctus & iustus. 1. tom.
555. b. 585. b
peccati expers solus Christus. to. 1. 52. b
peccata cognoscere, felicitas maior, nō delinquere, sed
delicta non intelligere, ira Dei. to. 1. 234. b
peccata post baptismum quō expient, remittanturque.
1. to. 803. b
ea pœnitēdo sanantur. 1. to. 797. a
peccatis immortētib⁹ nulla relicta pœnitētia. to. 1. 50. a
peccātes, ni doleant & essent, gehēna manet. to. 1. 49. a
peccata sua quisq; luit, non aliena. to. 1. 51. a
peccatorum occasiones amputandæ. to. 1. 378. b
peccata elemosynis expurgantur. 2. to. 467. a
peccatorum pro remissione & vitæ æternæ mercatiōe
multi de rebus suis ecclesiæ reliquerunt. 2. to. 350. b
peccantes ex industria, impunitatemq; sibi p̄ elemo-
synas pollicentes, aberrant. 3. to. 282. a
peccatorum respicientiū quos Deus facile in gratiam
accepit, illust. aliquot exempla. to. 1. 55. a. 56. b. 61. a
peccatores pœnitentes. ieiunijs p̄mendī. to. 1. 62. b
peccatores verecundiā & modestia maximē decet. to.
1. 219. a
peccatorū curator & asā medic⁹ instruitur. 2. to. 1054.
peccata populi boni pastores desent, arguunt, corri-
gunt. 3. to. 322.
peccata non prohibere, agenti cognatum est. 2. to. 556. b
peccatum non repressum, deterius sit, & in alios grassa-
tur. to. 1. 52. b
peccator exemplo delinquentium in peccato confis-
matur. to. 1. 52. b
peccantium arguendorum ratio. to. 61. a
peccatis suis ecclesiam ledens, ab episcopo eijcitur. to.
1. 49. b. eundem pœnitentiam agentem reconciliet.
50. a. ieiunio primū afflictum pro ratione peccati.
52. a. manu imposta. 53. a
peccatores pœnitentes recipiendi. to. 1. 61. a
peccatorem pœnitentem qui nō recipit, insidiatorib⁹
tradit. to. 1. 50. b. interfecto est fratris. 34. b
peccantem eijcendi & eundem pœnitentem reconci-
liandi Apostolica praxis. to. 1. 52.
peccantes non eadem cuncti lanec p̄sandi. 2. to. 288. b
peccatis p̄ sui grauitate, pœna etiā est statuēda. 1. to. 64.
peccata contra naturam vt Deus tribus vicibus acriter
vindicauit, ita sunt graui à nobis secundum canones
pœnitentia expianda. 3. to. 379. a
peccata manifesta publice quoq; corrigenda. 2. to. 713. a
pœ-

peccatum contra naturam. to. 1. 96. b
peccatores à Deo pmittuntur nocere bonis, nec tamē
propterea pœnam ipsi euadent. to. 1. 261. b
peccatis debitam pœnam misericorditer sapē differt
Deus pœnitentiam expectans. 2. to. 476. a
peccatis offensus Deus, grauissimis calamitatibus nos
affligit. 3. to. 559. a. 402. a. permittit & hæreticos epi-
scopos fieri, vt Nestorium. 2. to. 526. b
peccata Cleri Ecclesiam affligunt maximē. 897. b
peccatis nr̄is ruina Christianitatis imputāda. 3. to. 592. a
pedagiorum exactio sine Regum & principum autho-
ritate non statuēda aut augmentanda. 3. to. 621. b.
à solutione horum qui exempti sint & liberi. ibid.
pelagius papa. 1. 2. to. 635. b
pelagius II. papa. 2. to. 659. b
pelagius hæreticus. 1. to. 525. a. contra Pelagianos fides
Catholica adstruitur. 1. tom. 555. 584.
pelagij errores opposita sana doctrina confutati. 1. to.
593. a. 722. b. contra Pelagij & Cælestij hæresim con-
cil. 1. to. 584. b.
pensio si certi sumptus episcopo deposito voluntate
successoris & conciliorū de ecclesia attributi. 2. to.
164. b
pensio seu necessaria salaria decernuntur episcopis de-
positis. 2. to. 184. a. 185. b
pensio assignata ei, q̄ inuitus erat ordinat⁹. 2. to. 286. a
pensio ex parochialis ecclesiæ prouentibus alij non est
conferenda. 3. to. 745. b
perduelles apud Gothos honore destituti, quoad vi-
uent, extra communionem sint. 2. to. 760.
peregrinationes religionis ergo. 3. to. 136. b.
peregrinatio ad BB. Apostolorum limina ex omni na-
tione frequentissima. 3. to. 506. a
à peregrinantibus religionis causa telonium nō capia-
tur. 3. to. 44. a
Peregrinatio Romam versus sine episcopi licentia nō
suscipiatur. 3. to. 574. a.
Peregrinationis votum an in elemosynas sit conuer-
tendum, episcopi sit iudicium. 3. to. 717. a
Peregrinationum religionis causa abusus notatus. 3.
to. 283. a
Periurij graue delictum non est leui pœnitentia expi-
andum. to. 1. 276. a. peierantis pœna. 187. a. scienter
217. a
peierans, & ad peierandum sollicitans, excōmunicatur.
2. to. 680. a
peierare quando permissum. to. 1. 190. b
Periuri ad sepulera martyrum à dæmonio arrepti. 3.
to. 460. b
aduersus persecuciones & tentationes consolatio effi-
cax. 3. to. 307.
Persecutionis tempore episcopum ad aliam ciuitatem
profugere, non reprehenditur. 2. to. 664. a
perseuerantiæ donum. to. 4. 912. 914. a.
Personæ dux non sint vnus ecclesiæ. 3. to. 762. a
pellifero morbo grassante, fugere satuum est. 3. to. 25. b
Petrus Apostolis ceteris præeminet. 1. to. 312. b. 795. b.
quorum omnium ipse princeps. 1. to. 2163. a. præci-
puus. 771. a. primas appellatur. 800. b
Petrus à Domino Apostolicum accepit principatum.
1. to. 788. b. & eum pro gloriosa confessione Chri-
stus cæli terræque remunerauit potestate. 3. tom.
246. b

petro cura & principatus totius ecclesiæ committitur.
3. tom. 198. a. quem ipse principatum alijs post se
reliquit. ibid.
à petro Sacerdotalis ordo cœpit in nouo Testamen-
to. 3. to. 306. a
petri ad sedem vniuersalis ecclesiæ cura pertinet. 1. to.
795. b
petrus caput Ecclesiæ, cui sedes Antiochiæ primum,
post Romæ constituta. to. 1. 301. a
petri cathedra & ecclesia principalis, vnde vnitas sacer-
dotalis exorta est Romæ. to. 1. 235. a
petri prærogatiua. 3. to. 583. b. 584. primatum eius ar-
guentes.
petrus primum loquitur in Synodis Apostolorum vt
princeps & caput. to. 1. 18. a. b
petri primatus ex scripturæ & claris PP. testimonijs
comprobatur. to. 1. 15. b. & seq.
petrus, inquit Cyprianus, super quem ædificata Eccle-
sia fuerat. to. 233. a
petrus se crucifigi deorsum verbo capite petijt. 3. tom.
579. b. oratio pro sibi commissis ouibus. 585. a
petrus Pullo ad τρισόδιον adijciens quid, Deitati pas-
siones affricare est conatus. 3. to. 585. b
Pharisæorum hæresis. to. 1. 88. b
philosophiæ soli sacerdos aut Monachus ultra quin-
quēnium non det operam. to. 4. 613. b
philosophiam de anima et mundi æternitate profiten-
tes, auditores in locis fidei contrarijs diligenter in-
struant. to. 4. 613. a
phœnix resurrectionis Symbolum. to. 1. 8. b. 36. b
photini hæresis. to. 1. 428. b. 537. a
photiniani. 1. to. 487. b
photius anathematizatur. 3. to. 533. b
Pictores contra reprehēsores iconomachos defendun-
tur. 3. to. 147. b. 149. b. 221. b
pictores coloribus mores affectionesque exprimunt
& contrarias. 3. to. 94. b
pictor insignis Euphanor laudatur. 3. to. 94. a
picturæ vtilitas in imaginib⁹ & sacris historijs. 3. to. 93.
picturæ & historiæ collatio. 3. to. 136. b
picturæ turpes prohibentur. 2. to. 105. 3. b
picturas in ecclesia haberi prohibet, canon Eliberinus.
to. 1. 365. b
pietas propriū opus fidelium, artes in successiuas ope-
ras referenda. to. 1. 68. b
pietatem impediētia, procul repellenda Christiano.
to. 1. 79.
piorum consuetudo impijs sæpe utilis. to. 1. 77. a
pietas arrogans Gangrensi Synodo percellitur. tom. 1.
374. a
pigritia mater famis. to. 1. 48.
pincis palatium Romæ. 2. to. 401. b. 403. a
pirata excōmunicantur. 3. to. 632. a
piscano cœciliabulo omnino renunciat Ludouic⁹ Fran-
ciæ rex. to. 1. 608. b
in Pisis synodus. 3. to. 489.
pius II. Aeneas Syluius adest concilio Basileensi. 4. to.
114. b
pij papa II. retractationis Bulla. 4. to. 497.
pluralitas cathedraliū ecclesiarū, phibetur. to. 4. 920. b
pœnitentia. to. 4. 729. a
pœnitentiæ sacramenti materia, forma, minister, esse.
ctus. 4. to. 495. b

penitentia ante aduentum Christi nec post aduentum illius ante baptismum est sacramentum. to. 4. 940. a
 penitentia differt a baptismo. to. 4. 940. b. 912. b
 penitentia laboriosus baptismus. to. 4. 940. b
 penitentia violatis baptismi pactioibus succurrit, non nouus baptismus. 3. to. 366. b
 penitentia necessitas & institutio. to. 4. 940. a. b. 912. b
 penitentia partes & effectus. to. 4. 941. a. 945. a
 penitentia sacramento aduersantes errores, damnantur. to. 4. 944. b
 penitentia minister. to. 4. 942. b
 penitentia medicina spes vite reparatur aeternae, cuius ministri sacerdotes. 1. to. 803. b.
 penitentia etiam idololatria expiatur, qua nullum peccatum grauius. to. 1. 56. a
 penitentia expiari quale peccatum nequeat. to. 1. 56. a
 penitentia tristissima ad offensum Deum placandum via. 3. to. 360. a
 penitentia iram Dei & quas immitit calamitates auertendi tutissimum praesidium. 3. to. 488.
 penitentes non solum in gratiam, sed in pristinum dignitatis gradum restituit Deus. to. 1. 56. a. 62. a
 penitentia praesones singulis aetatibus. to. 66. a
 penitentes recipiendi. to. 1. 92. b. 3. to. 47. repellentium hos penitentibus. to. 29. a
 penitentes lapsos non recipiebant, nec spem eis salutis reliquam faciebant Nouatiani. to. 1. 221. b
 penitentiam, exomologesin criminis, satisfactiones, lamentationes sustulerunt Nouatiani. to. 1. 234. b. 235. a
 pacem penitentibus dandam esse negabant. 257. a. 3. to. 47.
 penitentes non recipiunt, contra Christum venit. to. 1. 55. a. 56. a
 penitentia elegans descriptio. 3. to. 47. b
 ad penitentiam praecleara exhortatio. 3. to. 540. b
 penitentia nec senibus, nec iuuenibus differenda. to. 1. 156. a
 penitentia continua & confessione indigemus, cum multa mala faciamus. 3. to. 108. b
 per penitentiam quoties peccatur, resurgendum, ne quem vltimus dies peccatis inopinantem offendat. 3. to. 488. b
 penitentia seu correctio nunquam est fera. 2. to. 344. b
 penitentiam vere agere, est commissis flere, & iterum plangenda declinare. 2. to. 703. a, errant ergo, qui post triennem de peccato penitentiam, peccandi licentiam permitti censent. 2. to. 702. b
 penitentes sacerdotibus qui prociidunt, Deo prociidunt. 3. to. 540. b
 penitentia confessione facta indicenda. 2. to. 875. b
 penitentiaris instruitur. 3. to. 524. a
 ad penitentiam quae pertinet, ab episcopis instruantur presbyteri. 3. to. 378.
 penitentiaris qualis in Cathedrali Ecclesia constitutus. to. 4. 977. b
 penitentia qua quisque sit macerandus, diligenter videant episcopi & presbyteri. 3. to. 275. b
 penitentia tempus prout peccata sunt, decernat episcopus. 1. to. 505. b. 574. a
 penitentiae leges eam imploranti iniungat sacerdos. 1. to. 515. a

penitentia medicina non minor sit quam vulnus. to. 1. 219. a
 penitentia in impositione omnes peccati circumstantiae consideranda sunt. 3. to. 698.
 penitentia secundum Canones, scripturas, & ecclesiasticam consuetudinem decernenda. 3. to. 282. 428.
 penitentialibus libris, quorum certi errores, incerti authores, repudiatis. b
 penitentialis liber. 3. to. 275. b
 penitentiales codicilli abolerentur. 3. to. 378. a. 379. a
 penitentia secundum Canones, non ad libitum penitentium, imponenda. 3. to. 378.
 penitentia secundum antiquos Canones peragenda, quod apud Hispanos venerat in disuetudine. 2. to. 674. b. ad penitentes quae pertinent, veteris ecclesiae aliquot canones. 1. to. 515. b
 penitentia, adulterij, fornicationis. 3. to. 525. 566. 570. b. homicidij, 571. b. abortum procurantis. 426. sacerdotem qui necauit. 524. b
 penitentia detractorum, contentioforum. 1. to. 716. a. septennalis praedonum & sacrilegij. 3. to. 518. a
 penitentia septennalis forma. 3. to. 568.
 penitentia reuertentium ab haeresi ad ecclesiam. 2. to. 323. a. rebaptizati. 2. to. 288. b
 penitere qui publice & qui priuatim debeant, discretio seruanda. 3. to. 293. a. 428.
 penitentia secreta, secreto delicto debetur. 3. to. 699. a
 publica manifesta peccata corrigenda. to. 1. 201. a
 penitentiam publicam agant publico de crimine conuicti. 3. to. 273. b.
 penitentia publica obliterata, & eius praeuus mos reuocandus in usum. 3. to. 281. a. etiam decernente Tridentino Concilio. 4. to. 977. b
 penitentiam publicam susceptam, qui intermittunt. 2. to. 277. a. & qui ad seculares illecebras redeunt. 279. a
 penitentiae praeuus rigor. 3. to. 557. b
 penitentes comas deponant, vestem mutent, impositionem manuum sacerdotis & cilicium super caput a sacerdote consequantur. 1. to. 712. a
 penitentes viri tondere, scamina sanctimonialium habitum induere soliti. 2. to. 674. 734. b. 3. to. 4. a
 penitentiam religioso sumpto habitu, tonsurae professi, si a proposito resilierint, ad viam reuocandi. 2. to. 743. a. 734. b.
 penitentiam postulatam qui pro vi morbi nesciens accipit, sanus habitu religioso & tonsuratus peragat. 3. to. 4. a
 penitentiam accipere obmutescens subito quando poscit. 1. to. 718. a
 penitentiam professi, ad secularia qui relabuntur. 2. to. 373. a
 penitens qui ab illicitis veniam poscit, etiam a licitis abstineat. 1. to. 806. negotiationem rectius non exercet. ibid. nec ad militiam redeat seculari. ibid. castitas perseverans & mentis & corporis, maxime ei congruit. ibid.
 penitens dum carina sua ieiunat, alio ne migret. 3. to. 574. a
 penitentes dominica die non ieiunent. 2. to. 757. a
 peccatum non manet impunitum. to. 1. 96. b. tribusque ea modis vindicantur. 3. to. 431. b. cur quaedam hic, quaedam in futuro seculo Deus iudicet. 432. a

pen

penitentia coniugatis ex consensu danda. to. 1. 377. a
 penitentiam qui accepit coniugatus, forte ob mortis metum, coniugi iungi permittitur, nec tamen aliam ea mortua ducere. 2. to. 743. a
 penitentia coniugium legitimum non dissoluatur. 3. to. 525. b.
 penitentia misericordijs pauperum adiuuanda. to. 1. 146. a
 penitentibus, satisfactionibus, lamentis iustis delicta redimenda. to. 1. 234. b
 penitentem animam quae signa prodant. to. 1. 219. b
 penitentem & qui sub manu est sacerdotis, sine episcopi testimonio alia diecesis non suscipiat. 2. to. 289. b
 penitentiam detrectantem, quod Romae se indulgentiam confidat consecuturum, nihil proderit indulgentia. 3. to. 574. a
 penitentibus ut reliqua sacramenta, ita vnctio negatur. 3. to. 528. b
 penitentes ad ecclesiam quando admitti, quousque excludi oporteat. to. 1. 61. b
 penitens peccator, quomodo reconciliandus. to. 1. 62. a
 penitentia nisi plena acta, extra necessitatem pax non est danda. to. 1. 239. b. extra quam penitentem non reconciliet Presbyter inconulto episcopo. 1. to. 505. b. 574. a
 penitentiam quorum episcopus moderari possit. to. 1. 344. b
 penitenti nisi infirmo carina non diuidatur. 3. to. 574. a
 penitentes quidam antiquitus non nisi in mortis articulo reconciliabatur. to. 1. 238. b
 penitentia praepropera indulgentia, atque ad communionem facilis admissio, reprehensa. to. 1. 218. b
 penitentium reconciliandorum Apostolica praxis. to. 1. 52. a
 penitentes v. feria ante pascha reconciliandi, quod tempus in infirmis anteverti potest. 1. to. 527. a
 penitenti pax, quomodo cunque data, non auferenda. to. 1. 240. a
 penitentia nunquam est fera. 2. to. 344. b
 penitentia nec morientibus neganda. to. 1. 429. b. 595. a. 3. to. 563. b
 penitentia non differenda, nec eis neque reconciliatio praesidium negandum, qui vel in extremo vitae potent. 1. to. 804. a. etiam si hoc nunc tantummodo vel testimonio adstantium fiat. ibidem. Sine qua qui decedunt, mortuis non dabitur, sed hi Deo permittendi. ibid.
 penitentibus in mortis extremo constitutis, quanuis tempus penitentiae non expleuerint, reconciliatio non neganda. 2. to. 886. b. communicatio impedienda, & vltimum & necessarium viaticum dandum. 1. to. 717. 2. to. 323. b. 758. a. 3. to. 563. b. si superuixerint, in penitentium numero nihilominus censentur. 1. to. 717. b. & penitentiae tempus absoluant. 2. to. 323. b. 758. a
 penitentia ab infirmis non exigatur, licet exprimentda sit, ut sani facti obseruent. 3. to. 427. a. quam, si superuixerint, nihilominus peragunt. ibid. 1. to. 515. a
 penitentium inopinato sine communionem decedentium in salutaribus sacris memoria nihilominus fiat, 1. to. 720. a. & oblatio accipiatur. 2. to. 887. a

penitentia pensanda non quantitate temporis, sed ardore metis & mortificatione corporis. 3. to. 282. a. 383
 penitendi quorundam in laudata consuetudo. 3. to. 282. a
 penitentiam nec agat clericus, nec qui egit, in clerum admittatur. 1. to. 495. b. 515. a. 533. a. 714. a. 2. to. 370. b. nec qui ad penitentiam agendam monasterio includitur. ibid.
 penitentiam qui acceperunt non ordinandi, exceptis qui nullum sunt confessi manifestum crimen. 2. to. 754. a. ostiarij & Lectores cum est necesse, ordinari possunt. 1. to. 521. b
 penitentes quoniam vocentur. 1. to. 521. b
 penitentiam publice professus, episcopus esse nequit. 2. to. 877. a
 post penitentiam & dignam satisfactionem lapsi ecclesiae ministri, honorem pristinum recipiant. 2. to. 692. a
 penitentiam publicam peragens, nisi post reconciliationem patroni baptizandi & confirmandi esse nequit. 3. to. 388. b
 pollutio nocturna celebrationem & communionem an impediatur. 2. to. 709. b
 polychronij mortuum excitare volentis temeritas. 2. to. 1006. b. 1024. a. 1033. a
 polygamia penitentia expianda, cuius tempus pro eorum conuersatione contrahi potest. to. 1. 316. a
 pontificum munus officiumque describitur. 2. to. 352. b
 pontifices regibus quae religionis sunt, praescribunt, ob contra. 2. to. 304. a
 pontificis designandi forma a Petro usurpata. to. 1. 135. b
 pontificis creandi potestatem clerus & populus habent, non Imperator. 3. to. 577. a
 pontificis electio liberis cleri populique suffragijs ut permittatur, neve Imperatoris auctoritas expectetur, Nicolaus tentat, Adrianus III. ad S. P. Q. R. refert. 3. to. 544.
 pontificum primorum virtus quid posterioribus conducat. to. 4. 558. a
 pontificum a Petro 66. vsque ad Gregorium Gordiani, mira virtus. to. 4. 558.
 pontificis Romani auctoritas supra concilia. to. 4. 683. a. b
 pontificum decretales epistolae venerabiliter recipiendae. 2. to. 319. b
 pontifex testes vitae suae Clericos cubicularios habeat. 4. to. 69. a
 portugalicae regis obedientia. to. 4. 624. b
 possessione alicui ad iudicata, non sufficit pignus dari. 3. to. 699. b.
 Praebend. conferendi processus. to. 4. 674.
 praeccepta ethica Christianae vitae recte instituenda. to. 1. 60. b. 143. b. 146. a
 praeccepta de vita & moribus ex lege & Euangelio. to. 1. 98. & seq.
 praecceptorum suorum contemptum Deus immisis calamitatibus vindicat. 3. to. 1. a. & grauissimè saepe punit. 397. b
 praedestinavit Deus tantummodo bona, praesciuit bona malaque. 3. to. 594. a
 praedestinatus ad malum nemo. 2. to. 724. b

pra-

prædeterminationis temeraria præsumptio cauenda. tom. 4. 912. a
 prædicatio quibus permittenda. 1. tom. 772. a. 775. b. 3. tom. 738. a
 prædicationis munus præcipuum Episcopi. to. 4. 976. b. 983. a. b. quomodo & quando præstandum. tom. 4. 977. a
 prædicaturus cum fructu, quod docet, ipse prius faciat: vitet quod prohibet. 3. to. 363. a. 369. b
 præfationis antiquitas, & præscripta verba quibus etiam nunc vtimur, ab Apostolis manarunt. tom. 1. 113. b. 132. b
 præfationes quæ in Missis Romano more cantentur. 2. to. 667. b
 prælatos sibi ecclesiæ, collegia, conuentus eligant. 4. to. 35. abroganturque reueruationes. b
 prælati electi, intra tres menses consecrandi. to. 4. 967. b. 921. b
 prælati cum suis siue canonicis siue monachis sint assidui. 3. to. 374. a
 prælati suis vtanq; spiritualement & carnalem annonam ministrant. 3. to. 349. 374. a
 prælati qua Canonicos disciplina in officio continere debeant. 3. to. 353.
 prælatorum de manu, subditorum sanguinem si perierint, Deus est exacturus. 3. to. 374. a
 prælati in ecclesiis nisi quod sustentare potest, admittat, nec viles tantum, sed & nobiles personas. 3. tom. 347.
 prælati à monachis & Canonicis qui possessiones separatas habent, rationem dati & expensi quotannis superioribus conficiant. 3. to. 765. a
 prælati inuiti, & nisi causa cognita non transferendi. 3. to. 904. b
 præpositi quinam & quod eorum munus. 3. to. 355. a
 præpositos subditi non accusent, non calumnientur. 3. to. 498.
 præscriptio, nisi bonæ fidei, robur non habet. 3. tom. 747. b.
 præscriptio temporis, in ecclesiæ bonis locum non habet. 1. to. 714. b. 2. to. 373. b
 præscriptio nisi tricennis, in ecclesiæ rebus locum non habet. 2. to. 718. b. de præscriptionibus varia Pontificum rescripta. 3. to. 700. b. & eorum Index. 620. b
 pragmatica sanctio regni Franciæ penitus abrogatur. to. 4. 562. b
 preces solennes. to. 1. 110. & seq.
 preces quæ in ecclesia vsurpantur. 1. to. 584. a
 preces & orationes, nisi per concilium approbatæ, in ecclesiam non admittantur. 1. to. 556. a
 preces apud altare ad patrem dirigendæ, & quæ in eis cautio sit adhibenda. 1. to. 505. a
 preces fiunt, p. pace Christianorum, et infidelium confusione. to. 4. 628. quicquid semel petitur à cunctis, Deus pacis pacificis exhibet. to. 1. 237. b
 presbyterorum in ecclesia ordo, & quod eorum officium sit. 3. to. 299.
 presbyteri quam personam referant. to. 1. 58. & quo sint honore afficiendi. ibid.
 presbyteri discipulorum vicem gerunt. tom. 1. 141. a
 presbyter suffragio & iudicio omnis Cleri electus. to. 1. 117. b
 presbyter ante xxx. ætatis annum non ordinandus. to.

1. 217. a. 317. 564. a. 726. a. 734. b
 presbyter ante tricesimum annum, & nisi in episcopio officium edoctus, non est ordinandus. 3. to. 275. a
 presbyter ab vno episcopo ordinetur. to. 1. 21. a
 presbyteri, Diac. Diaconis, ordinandi forma. 1. to. 117. b. 118. a
 presbyteros quales constitui oporteat. to. 1. 102. b
 presbyteri boni idea. 3. to. 302. b
 presbyteri sint magistri scientiæ Dei. to. 1. 58. a
 presbyteri munia. 1. to. 74. b. 136. b. 119. a. ea nisi cõcedente episcopo non exerceat. to. 1. 127. a
 presbyter episcopo subiectus. to. 1. 74. a
 presbyter ei episcopo in cuius parochia habitat, subiectus sit, cui de ministerio suo in quadragesima semper rationem reddat. 3. to. 40. a
 presbyteri sine voluntate episcopi ecclesijs non constituti, neque ab eis remouendi. 3. to. 564.
 presbyteris ecclesia sine voluntate episcopi nec danda, nec auferenda. 3. to. 282. b
 presbyteri per castella & modicas ciuitates ordinentur suis singuli titulis. to. 1. 165. a
 presbyteris ad parochias ordinatis liber Officialis tradatur, formam sacramentorum complectens. 2. to. 732. a
 presbyteri populum verbum Dei doceant. 1. to. 721. b
 presbyteri episcoporum cooperatores quomodo qui ad suam ecclesiam pertinent, ab ipsa infantia curam gerere ad extremum vsque finem debeant. 3. to. 413. b
 presbyteri non peregre mittendi. 3. to. 404. b
 presbyter per tres hebdomadas ab ecclesia si absit. 1. to. 715. a
 presbyteri perpetuo orarijs vtantur. 3. to. 289. b.
 presbyteri singuli singulas ecclesias habeant. 3. to. 552. a
 presbytero vna Basilica satis sit. 3. to. 384.
 presbyter, diaconus &c. suam ecclesiam, cui adscripti sunt, non deserant. 2. to. 755. b.
 presbyter, Diaconus, de Minori ciuitate titulo ad maiorem non transeant. 2. tom. 753. b. 3. tom. 275. a. 292. b. 324.
 presbyter nisi permittente suo episcopo, in aliena diocesi non ministret. 2. to. 321. b
 presbyteri vicani rurales in Urbana ecclesia ne officent, & quando hoc ipsis permittunt. to. 1. 317. b
 presbyter sine commendatione & testimonio episcopi alibi non recipiendus. 3. to. 282. b. 420. b
 presbyteri vagi nisi iussu episcopi in aliena parochia non ministrent. 3. to. 527. b
 presbyter excommunicatus ab episcopo, nõ sacrificet, schisma excitans, vicinos vero episcopos appellet. 1. to. 502. a
 presbyter se grauatum episcopi sui sententiã querens, concilium, non principem, appellet. 2. to. 756. a
 presbyteris quæ facere non liceat. 1. to. 800. b
 presbyteri officia episcoporum propria, non exerceant. 2. to. 294. b. 523. a
 presbyter christiana non conficit sine consensu episcopi, virgines non consecrat. 1. to. 506. a. non reconciliat in publica missa penitentes, nisi iussu ab episcopo. 1. to. 501. b. episcopo præfente, nisi is mandet, nõ signet infantes. 2. to. 756. b
 presbyteri negotiorum secularium sectatores ne sint. 3. to. 376. b
 presbyteri villici non sint. 3. to. 279. b

presby-

presbyteri villici, cancellarij publici non sint, iniussu episcopi Romani, Turonum non adeant. 3. to. 283. a
 presbyteri nuptialia conuiuia vitent. 1. to. 713. b
 presbytero coniugato communicare nolentes, anathema. to. 1. 372. a
 presbyteri continentes sint. 2. to. 861. a
 presbyt. episcopi, diacono. &c. suis etiam vxoribus non vtant. 1. to. 519. b. 711. b. 2. to. 605. a. 644. 680. 3. to. 530. communem cum eis lectum cellamve non habeant. 2. to. 639. b. coniugati testem vitæ suæ vnum ex fratribus habeant. 375. a. vxoribus qui miscetur, dignitate priuati sunt. 634. a. 679. b
 presbyteros &c. vxoribus vt hereses sinunt, quod eis facere interdicitur ab hæresi conuersis. 2. to. 674. a
 presbyter vxorem non ducat. 2. to. 605. a. vxorem ducens pœna, item fornicatis, to. 315. b
 presbyter vxorem ducens, deponitur: fornicatus, excommunicatur. 2. to. 635. & penitentia etiam mancipatur. 3. to. 550. a. deponitur. 3. to. 516. b
 presbyteri fornicatis seuera penitentia. 2. to. 508. b
 presbyter fornicatum se ante ordinationem confessus, à sacrificij oblatione arcetur. to. 1. 317. a
 presbyter, diaconus, subdiaconus, cœlibes, quarum ministerio vti in administranda familia domove debeant. 2. to. 375. a. 680. a. 3. to. 292. b. ne in domo extraneas mulieres habeant, & cum eis vna habitent, prohibetur. 2. to. 374. a. 634. b. 651. a. 679. a. 680. b. 695. b. 755. b. 3. to. 40. b. 41. b. quas nisi remouerint admouiti, seculi iudicibus eas comprehendere potestas sit. 2. to. 668. b
 presbyteri cõcubinarij Missam nemo audiat. 3. to. 515. b
 presbyteri officium audire licet, quam diu ab ecclesia toleratur. 3. to. 727.
 presbyter, diaconus, qui capitale crimen committunt. 2. to. 373. a
